In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. cunctis nostris

fidelibus notum esse volumus. qualiter nos interventu ac petitione dilectae conjugis nostae cunigundae. nec non godehardi

hildesheimensis abbatis. nostri fidelis. ibi quoque monasterio in honore sci wigberti constructo. quandam nostri juris ancillam nomine uuillidu

mu. cum filiis suis omnique possessione per hanc nostri praecepti paginam concedimus. atque largimur. et de nostro jure ac dominio in eiusdem

abbatis et monasterii jus ac dominium omnino transfundimus. ea videlicet ratione. ut praedictus abbas unique successores. et de monasterio

praesidentes. de praenominata ancilla eius que procreatione exinde liberum habeant potestatem jus monasterii commutandi.

tenendi. vel quicquid ei placuerit inde faciendi. Et ut haec nostae donationis auctoritas firmissima atque inconvulsa omnium hominu

contradictione remota permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria firmavimus. sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum domni Henrici REX INVICTISSIMI.

Guntherius cancellarius. vice ekenbaldi episcopi cancellarii recognovi:

Datum IIII. id. aug. indict. VIIII. Anno dnicae incarnat. MXI. Anno vero domni Henrici secundi regnant. X. Actum Coniungon.